



## **Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiæ Romanæ**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1693**

§. 3. Formula Literarum pro eo, qui ad Urbem pro absolutione ab excommunicatione incursa ob manus violentas injectas in Clericu[m] accessit, & absolutus ad Ordinari[m] mittitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

## §. 3.

Formula Literarum S. Pœnitentia-  
riæ pro eo, qui ad Urbem pro absolu-  
tione ab excommunicatione incursa ob-  
manus violentas injectas in Cleri-  
cum accessit, & absolutus ad  
Ordinarium mittitur.

*1. Venerabili in Christo Patri Epi-  
scopo. N.*

Leander &c. Salutem, & sinceram in Do-  
mino charitatem. Pro parte N. N. Diœcesis N.  
Latoris præsentium, Nobis oblata, petitio con-  
nebat, quod ipse alias graviter vulneravit Si-  
cerdotem N N. propter quod Lator à Vobis ex-  
communicatus declaratus fuit per publicos Ce-  
dulones. Cum autem dictus Lator de præmissa  
plurimum doleat, & ad urbem pro absolutione  
de super obtinenda personaliter accesserit; Ideo  
pro suæ conscientiæ quiete cupit per Sedem Apo-  
stolicam ad Vos absolutus mitti. Quare sup-  
plicavit &c. Nos &c. authoritate Apostolica spe-  
cialiter Nobis concessa dictum Latorem ab ex-  
communicationis sententia, quam propter præ-  
missa quomodolibet incurrit absolutum hac vice  
in forma Ecclesiæ consueta mittimus. Ita ta-  
men, ut sententiæ, sive ordinationi vestrae su-  
per præmissis latæ, seu ferendæ in iis, in qui-  
bus adhuc parendum superest parere, ac pra-  
dicto

dicto Sacerdoti, si nandum satisfecerit, satisfacere, quantum per se steterit, omnino debeat. Quod si satisfacere, ac respectivè parere contempserit in dictam excommunicationem relabatur eo ipso. Datum &c.

2. Observandæ hic sunt nonnullæ clausulæ; Prima: *Præfatum Latorem ad vos in forma Ecclesiae consueta ab excommunicationis sententia, quam propter præmissa incurrit absolutum mittimus.* Non ergo absolvi debet iterum ab Ordinario, tanquam minori.

3. Deinde circa hanc: *Ita tamen, ut sententiæ, sive ordinationi vestra super præmissis &c. observanda sunt ea, quæ superius §. præcedente notata sunt.* Præterea cum Pœnitens publicè peccaverit, publica quoque pœnitentia injungi illi potest vel in Ecclesia, vel in Cancellaria Episcopali publice petendo veniam seu ab ipso Ordinario, seu à Clerico percusso; *Quamvis hæc publica pœnitentia remitti ei possit, cum publicè pœnituerit per publicum accessum ad Urbem.*

4. Notandum, si Pœnitens sit Clericida pro illis verbis: *Ac præfato Clerico, si nondum satisfecit, dicitur:*

*Hære-*

*Hæredibus præfati Clerici.* Similiter si sit Presbytericida dicitur : *Hæredibus præfati Sacerdotis.* Et additur : *Ac Ecclesiae, in qua dictus Sacerdos forsan intitulatus erat, vel pro illa Ordinario loci, si nondum satisfecit, quantum per se steterit satisfaciat competenter.*

5. *Ordinarii possunt & tenentur removere Cedulones affixos postquam Pœnitentes supradictis modis absoluti sunt.* Quod si præstare aliquid teneantur projuribus Cancellariæ, cogiad hoc poterunt per incarcerationem, non vero per novam declarationem in excommunicationem, quæ non est imposita iure pro Juribus Cancellariæ.

#### §. 4.

*Formula, qua datur facultas Confessariis absolvendi Percussorem, aut occisorem Clerici.*

1. In casibus occultis hac formula datur à S. Pœnitentiaria Confessariis potestas absolvendi percussores, mutilatores, aut occisores Clericorum, Sacerdotum, aut Religiosorum.

Leander &c. *Discreto Viro Confessori &c. Pro parte Viri Latoris presentium Nobis oblati peti-*